

DEDICATIO.

quentiæ, qua velut aurea catena, auribus audientium annexa, quocunque libuit, mortales pertraxisse fingitur. Quorsum hæc? **TE PERILLUSTRIS** atque **EXCELLENTISSIME DOMINE** à **WEDDERKOP** apte comparavero cum hoc Deorum Caduceatore, qui & ipse voluntatis Serenissimi Principis interpretres sapientissimus es, salutique Reipublicæ prudentissimo consilio prospicis, peritos nautas imitatus, qui non solum tranquillo, sed etiam turbato mari navem regunt, caventque sedulo, ne eam in scopulos impellant, saxisque illidant. In quo meritorum genere **TU VIR PERILLUSTRIS**